Hoc est translatum bene et fideliter factum a quodam originali privilegio domini Regis suo sigillo pendenti sigillato extractum. Tenor cuius talis est. Nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone attendentes quod Regiam decet excellenciam subditos et fideles sui gratiis et privilegiorum muneribus prosequi ut tam ipsi quam loca in quibus habitant et specialibus largicionibus valitatis suscipiant incrementa. Volentes igitur villam de Berbegali et habitantes in ea speciali gratia prosequi et favore. Ideo nos ad supplicationem humilem nobis factam pro parte universitatis hominum et universitatis dicte ville de Berbegali concedimus per nos et nostros vobis et vestris imperpetuum quod in dicto loco de Berbegali nundine anno quolibet celebrentur in mense octobris per quindecim dies a festo beati Luche in antea continue numerandos solummodo duratura. Ita quod omnes venientes ad dictas nundinas cum omnibus rebus et bonis eorum sint salvi et securi in veniendo [...] stando ac eciam redeundo sic quod non capiantur detineantur vel marchetur culpa crimine vel debitis alienis nec si principales fuerint aut fideiussorio nomine obliga[...]bus vel personis nisi prius de ipsis fatiga inventa sit de directo. ipsis tamen solventibus leddam pedagia et alia iura debita et consueta exceptis tamen [...] monete violatoribus itinerum hominis raptoribus seu latronibus et lese crimine comitentibus maiestatis et aliis malefactoribus quibuscumque. [...] nostrum generali Supraiunctariis Baiulis Justiciis merinis Cenalmedinis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod [...]teni faciant et inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. [...] aliquid de predictis ausus fuerit contraire iram et indignacionem nostram et penam Quingentorum aureorum absque remedio aliquo se [...]erimus illaturus et plenarie restituros. Datum Valencie. kalendas Madii. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. Duodecimo. Exp. B. G.

Signum Jacobi dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone.

Testes sunt

Artaldus de luna | Gueraldus de cruillis
Jacobus dominus de Exerica | Artaldus de Azra Comendator Montis albani | Franciscus carroci

Signum mei Egidii petri de buysan scriptoris domini Regis predicti qui de mandato eiusdem hoc scribi feci cum raso et emendato in linea tercia ubi dicitur in antea et clausi loco die et anno prefixis.

Ego Dominicus beltrandi notarius publicus Berbegali hoc translatum fideliter verbo ad verbum translatavi et scripsi et signum meum hic apposui.

17/16

1312-5-1

K7.

Traslado del Privilegio
del Rey D. Jaime 2
afavor dela Villa de Berg
para tener Feria
Berbegal.

Es nada importante, por
ser una copia del privilegio de
la feria de Berbegal, saca
da de su original.

II. n. i.